

bus sublatam esse appellationem affirmat Ruginell.
traclat. de appellat. 2. versiculo duodecimo quero, sequitur Scaccia de appell. d. quæst. 17. lim. 1. n. 38. & à n. 43. ubi latè prosequitur Gratian. in discept. forens. tomo 1. c. 4. num. 9.

109 Quibus & finitima est illa clausula (remota sit omnis querela) vel (non possit querelari) quibus verbis sublatam censeri appellationem, affirmant omnes, Dicius in d.c. personas, nota 4. in fin. 7. de appellat. Lancelot. Robert. de attenta. 2.p.c. 12. limit. 3. nu. 4. Ruginell. de appellat. d. 9. gloss. 2.n. 3. quos referunt sequitur Scaccia d. 9. 16. limit. 1. nu. 35. Hieron. Gonzales in reg. 8. de men. gl. 9. in annot. 218. Casar Contard. in d. Lunica. in notabilib. sub num. 23. Cod. si de mom. possit fuerit appellat.

110 Et predictis addit illam clausulam (non admittatur eius defensio) seu (non possit se defendere) quia his verbis evidenter appellatione sublatam censetur, Ruginell. tract. de appell. §. 9. gl. 2. num. 9. vers. 6. Scacc. de appell.

111 q. 16. lim. 1. n. 4. ex eo, lata appellatio est species defensionis, ut illi probant, l. 1. ff. de appell. c. cum speciali. 61. §. porrò de appell. Biffinger. decisio ultim. nu. 3. de appell. Socin. consil. 39. capio primum, num. 9. lib. 4. Alexand. consil. 113. viso themate, num. 1. lib. 5. Maran. in specul. 6. part. verbo & quandoque appell. nu. 247. fol. 496. Philipp. Franc. in rubric. de appellat. nu. 24. versiculo sed ramen debitur. Albert. tractat. de statu, lib. 4. qu. 53. num. 3. & num. 4. tom. 2. fol. 74. Abb. in rubrica de appell. sub num. 7. Felin. sub num. 3. Franc. in cap. pastoralis, qu. 4. num. 20. de appell. Rebuff. tract. de appell. in prefatione, num. 84. Ergo sublatu generi defensionis, ejus species sublatu intelligitur, ut dicunt Scaccia & Ruginel. locis citatis.

113 Et convenit illa clausula (sine aliqua censura, & oppositione) quibus verbis sublatam esse appellationem, scribit Ruginell. tractat. de appellat. §. 9. gloss. 2. sub nu. 17. sequitur Scaccia de appell. 16. lim. 1. num. 53. & licet Rugin. d. n. 17. versiculo decimam; dicat, idem est, quando dicitur (ad satisfactionem condignam faciat observari, &c.) ego multo dubito, null illa clausula sit apposita, re jam judicata.

115 Altera clausula erit, nempe (liberè procedatur) vel (liberè facias, &c.) quia ex maxima efficacia, & natura hujus dictioñis liberè (de qua nos latè egimus loco modò citato) inter alios ejus effectus hic non minor est, ut tollat appellationem à dispositione, cui adiudicatur, Bald. & Anton. de Butrio, in c. irrefragabili, in princ. de offic. ordin. lli. in l. si filium 19. sub nu. 9. vers. secundum facit, C. de inofficio. teflam. & contra Franc. contrarium tenentem in rubrica de appellat. numero 26. versiculo sed quid si, dicentemque licere appellare, ubi subfuit justa causa appellandi, insurgit Decius in c. 1. num. 77. vers. nam dicit eorum, de scriptis, Ruginell. tract. de appell. §. 9. gloss. 2. num. 11. & 12. quæ sequitur Scaccia de appellat. 16. limit. 1. nu. 41. & 42. Hieron. Gonzal. in regul. de mensib. & alter. gloss. 53. num. 11. & per text. in c. cum in cunctis, s. cum verò, text. in cap. extirpanda, §. qui verò, eodem titulo, & in eorum interpretationem, & declarationem exactissimi de nature hujus clausulae, & dictioñis (liberè) egimus in fr. 3. part. cap. 7. à nu. 22. versiculo secundo, & pro hac mea opinione, ubi de privatione beneficii incompatibilis appellatione non obstante tractavi.

116 Nec est ferendus Scaccia ubi proximè, dum videtur innuere, hanc clausulam tunc habere hunc effectum tollendi appellationem, quando alia supradictis, vel dicendis ei adiudicatur, sed fallitur: quoniam virtus, & natura praefata dictioñis (liberè) de per se magna est adductis per nos d. cap. 7. & doctores citati: & quia tunc jam non ei, sed potius clausulae adiecta attribueretur effectus.

117 Paritur etiam clausulam (absque lite fiat restituatio)

intelligitur sublatam appellatio. Bald. & Beffius, quos citat, & sequitur Contard. d.l. unica notabilibus, nu. 22. & quod verbi (sine lite) importent, quod sequitur declaratioñe judicis, nulla detur appellatio scribit Corneus in decif. Lucen. 193. in causa N.n.2. in fin sequutus Bald. consil. 330. l. 1. Scac. de appellat. quæst. 16. limit. 1. n. 34. Ruginell. tract. de appellat. §. 9. gloss. 2. 118 q. 16. num. 46. ubi etiam de his verbis (sine lite, & litigio) ut tollat appellationem, tollit teste Carpan. ad statu. Mediolan. ad causas crimin. c. 368. num. 9. Cornaz. d. decisione 193. num. 3. quod idem important verba (procedatur de plano) Cels. Ugon. tract. de claus. num. 8. fol. 495. Redoantra tractat. de spol. Eccles. q. 11. lim. 17. tom. 14. fol. 253. & de clausula (sine te, statim & ex officio) idem dicit Lancelot. Robert. de attenta. 3.p. c. 28. num. 69.

Similiter etiam clausula (suo libero arbitrio committimus, &c.) importat appellationis prohibitionem, quia à judge habente librum arbitrium, non liber appellari. Felin. in c. super his, el. 1. num. 8. & sequentibus, & quod hæc clausula (procedat de facto) tollat appellationem, tenet Scaccia ibi nu. 64. Bald. 120 consil. 330. statuo caveretur, sub nu. 7. lib. 1. Anguis. consil. 76. de trib. n. 12. & seq. lib. 1. Cornaz. dicta decif. 193. in causa sub n. 2. versic. 1. quæ, Ruginell. tract. de appell. §. 9. gl. 2. 1. n. 66. Ex ha communiter tenent Doctores, quia clausula (procedatur de facto) excludit item, & sic non excluderetur, si admitteretur appellatio.

Et eodem modo clausula (super quo conscientiam tuam oneramus) que omnino tollit appellationem. Franc. in rubr. de appell. num. 11. Felin. in c. super his, num. 15. lim. 4. de accus. fall. 13. Nicell. tract. de concord. glossa concor. 6. fall. 22. nu. 6. tom. 18. fol. 193. Rebuff. tract. de appell. art. 3. gloss. unic. num. 2. & 3. Tiraquell. de retract. ligatori. §. 4. gl. 1. nu. 11. Gregor. Tolosa. tract. de appell. lib. 3. c. 15. nu. 1. & seq. fol. 347. Marquess. de commiss. cap. 6. nu. 53. & 55. fol. 74. Lancelot. tract. de appell. 2. part. 12. limit. 10. versic. 1. & sequentibus, 123 123 num. 10. Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 2. num. 67. versiculo dabitur appell. abfque eo, quod teneatur jurare iudex, quod in sua dicta conscientia, prout de stylo testatur Gregor. Tholosa. de tractat. de appell. lib. 3. c. 15. n. 5. mer. ego dubito, quem sequitur Scacc. de appell. quæst. 17. lim. 15. sub n. 8.

Ac iterum verba illa (mox, statim, protinus, incontinenti, illico, confestim, sine mora, sine intervallo, sine ultra procrastinatione) ut quolibet istorum verborum sublatam esse appellationem, scribit Ruginell. tractat. de appell. §. 6. gloss. 2. quæst. 18. num. 49. ubi mirabiliter de his clausulis, & aliis omnibus, quem sequitur Scaccia de appell. quæst. 16. limit. 59. ubi num. 61. de verbo, celebrer, five aliis similibus, quæ celebriter desiderant, quæ excludunt appellationem, ut ex Castro, & aliis, refert, & sequitur Ruginell. ubi proximè, quæst. 17. n. 48. Bald. consil. 330. statuo caveretur, sub n. 7. lib. 1. Cornaz. in Lucen. decisione 193. in causa N.n.2. versic. 1. quæ, & d. 4. & nos vatis locis diximus, præsumtum in-

fr. 3. p.c. 11. de devolutione, versiculo rursus, & ad idem plura jura n. 24.

126 His addit clausulam in rescripto appellationem ap-positam, nempe (parvis literis, parvo judicato sine prejudio legitima executions) quæ tunc solent apponni, quando sumus in casibus merentibus executionem, a quibus est appellatum per condemnatum, quia ejusdem clausule virtute conservatur judicis inferioris jurisdictio, quia quidem licet post ad execu-tionem effectivam deveniri, non obstante appellatione, abique reatu attentati, de quibus clausulis latè Mar-quella. de comm. 2. part. c. 5. de commissione appell. n. 12. Hieronymus Gon zalez in reg. de mens. gloss. 9. in annota. à n. 221. & 237. ubi latè, & optimè post plurimos, quos citat, de his etiam vide Scacciam tractatu de appell. q. 19. rem. 1. consil. 4. n. 9. & q. 19. rem. 2. à n. 71. cum infinitis seq. usque ad 129. & idem in q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 22. & 142. & seqq. & limit. 9. nu. 51. & nos etiam diximus in fr. 3. part. cap. 2. à num... & alii locis, amplissime Mareco. var. resol. l. 1. cap. 86. & c. 87. per totum.

127 Quid autem erit dicendum de clausula (super quo adhibeas consilium sapientis) vel (pronuntias secundum consilium sapientis) an à sententia late de consilium sapientis licet appellari, omnes tamē affirmant; dubitant tamen, quando partes consentiunt ut feratur sententia secundum consilium sapientis, & Nicell. de concord. gl. concord. g. fall. 11. num. 45. tomo 1. fol. 192.

128 negativat amplexitatem, sed contraria opinio verior est, secundum B. in l. 1. §. quæst. 16. ut in fin. 7. & ibi Alexand. in addit. ff. de appellat. idem Bartol. in l. ex con-sensi. sub n. 3. ff. eodem, in l. si convenire, versus finem; n. 5. ff. de judic. Abb. in cap. causam que, n. 4. Felin. n. 2. versic. non prohibetur, de sententia, & re judic. Franch. in c. intimatio, n. 11. in fin. & Decius n. 19. de appell. Catal. tractat. de syndicatu, num. 165. versiculo primus, tomo 7. fol. 359. Socin. consil. 24. vñs, ac dili-

129 genter, sub nu. 1. ubi de communi testatur, qui etiam loquuntur, quando consultor de consenso partium sit electus. Nicell. tract. de concord. gl. concord. 6. fall. 73. sub n. 119. fol. 195. de communi testatur Alex. in d. si convenire n. 13. Marguelian. tr. de commissio appell. pen. super divers. capi. c. 28. n. 46. fol. 302. latè Pac. Scal. tr. de consil. sapienti. 4. cap. 15. tomo 3. p. 1. fol. 349. Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 3. nu. 220. & etiam pars expresse consenserint, de flando sententia ferendis de consilio sapientis, qui adhuc datur appellatio, latè post alias Pac. Scal. ubi proximè, l. 4. c. 13. tomo 5. p. 2. fol. 349.

130 Quod fallit nisi parti promisit,flare consilio sapientis, qualecumque sit Bald. in l. tale pactum. §. qui provocavit, col. 1. versic. item ex prædictis, ff. de paciis, Franc. nec intimatio, fin. n. 11. & Decius n. 20. de appell. Alex. in d. si convenire n. 13. de re jud. Felin. in c. cau-sum que, n. 2. de re jud. Nicell. de concord. gl. concord. 6. fall. 142. Catal. tr. de syndic. n. 109. fol. 360. facit doctrina Lanceloti de attenti. appellat. pend. ampl. 2. n. 14. & 15. & Ruginell. de appell. §. 9. gl. 1. c. 1. n. 25.

131 Fallit secundum, quando relatio consultoris, seu consilio sapientis sit facta de voluntate partium; scilicet, quando partibus esset apertum votum, seu sententia, vel eis esset notus ejus tenor, & nihilominus con-sentiantur, ut index sententia ferat secundum illud con-silium, quia tunc non poterit appellari, Scal. tr. de consil. sapienti. l. 4. cap. 19. versic. ceterum si hæc sententia, tomo 3. p. 1. fol. 305. & sentit Socin. consil. 24. sub nu. 4. versic. quez. concluſ. 1. Catal. tract. de syndic. sub n. 168. ibi, certe si partes, tomo 7. fol. 360. & ita esse intelligendum. Nicell. de conc. gl. 6. fall. 73. n. 119. fol. 196. dicit Scaccia de appellat. q. 17. lim. 12. n. 12. seqq.

132 Fallit secundum, quando relatio consultoris, seu consilio sapientis sit facta de voluntate partium; scilicet,

quando partibus esset apertum votum, seu sententia, vel eis esset notus ejus tenor, & nihilominus con-sentiantur, ut index sententia ferat secundum illud con-silium, quia tunc non poterit appellari, Scal. tr. de consil. sapienti. l. 4. cap. 19. versic. ceterum si hæc sententia, tomo 3. p. 1. fol. 305. & sentit Socin. consil. 24. sub nu. 4. versic. quez. concluſ. 1. Catal. tract. de syndic. sub n. 168. ibi, certe si partes, tomo 7. fol. 360. & ita esse intelligendum. Nicell. de conc. gl. 6. fall. 73. n. 119. fol. 196. dicit Scaccia de appellat. q. 17. lim. 12. n. 12. seqq.

133 Erat upradicta declarata, ut à pronuntiatione, qua committitur causa consilio sapientis, à tali pronuntiatione affirmativa non efficit appellatio, secus à pro-

nuntiatione negativa, putà; causam non esse commit-tendam consilio sapientis, quia tunc posset appellare, optimè Scal. tr. de consil. sapl. 3. c. 1. versic. præterea quod magis est, qm 3. p. 1. fol. 342. Ruginell. tr. de appell. §. 2. c. 3. n. 19. fol. 84. Scac. codem tract. qu. 17. lim. 12. n. 14. & 15. ubi secus dicit post Scal. à gravamine informa-tione puncti remittendi.

Quas quidem clausulas omnes haecens dicas in discursu hujs capituli digito ligatas habe, quia passim defervere ad plurimum jurium poterunt, & dispositio-num interpretationem, & declarationem, prout & per nos videbis in discursu hujs tractatus.

Illud non omittam, quod conseruudo potest indu-cere, ut sententia aliquo casu de jure communi non privilegiata possit exequi, appellatione non obstante. Antoni. Aug. decif. 3. l. 1. Marecot. var. resol. l. 2. cap. 64. à n. 16. latius de hac re egimus in fr. hac 2. p. c. 13. d. n. 276. cum seqq.

CAPUT IX.

A compositione, seu diffinitione, quam facit Ordinarius Ecclesiasticus in controvergia super præcedentia in processio-nibus, tumulandis defunctis, confraternitatibus & similibus actibus; appellatione emissa; & an si non deferatur, vio-lentia fiat.

SUMMARIUM.

1 Controversie in processio-nibus, & similibus actibus componuntur per judicem Ecclesiasticum, appella-tione non obstante.

2 Controversie ortas in confraternitatibus tam laico-rum, quam clericorum, potest componere Ordina-rius Ecclesiasticus, appellatione non obstante.

3 Actiones spirituales sunt ordo incedendi in processio-nibus, ferendis Crucem, & similia.

4 Argumentum de preparatoriis ad preparata valet.

5 L. exequi summus ff. de ulfufruct. & ejus remedium mulum consonat dispostio-ni Concil. Trident. sess. 25. cap. 13.

6 Compositio controversiarum ex Concilio Tridentino provinet ex mero judicis officio inter contendentes, sed debet esse potiori loco, armisque defendantis suam quasi possessio-nem.

7 Compositio ex Concil. Tr. controversiarum durat pro illo instanti, dum lis sine capitio sine inicié da dis-pe-catur, tam super possessio-nem, quam super proprietate.

8 A compositione per Ordinarium facta controversia rum juxta Trident. appellatio non deferens vim non facit.

9 Compositio controversiarum ex Trident. magis est actus extrajudicialis.

10 Diilio (Controversias) verificatur in extrajudicia-libus.

11 Compositio controversiarum justa Trid. nullum re-quirit libellum.

12 Compositio controversiarum secundum Concil. Trident. non requirit judicalem informationem, sed extra-judicalem, partibus ad id non citatis.

13 Extrajudicialis actus non recipit appellationem.

14 Compositio controversiarum in processio-nibus, tumu-landis defunctis, & similibus celerem expeditionem desiderat.

15 Compositio controversiarum ex Trident. debet fieri bre-vi manu, summarie, ne strepitu & figura judicii.

16 De quantum clausulari natura qui videnda, rem. 17. Com-

- 17 Compositio controversiarum ex Tridentino nullum praestat prejudicium, sed est remedium preparatorium iudicio petitoris, aut possessoris.
- 18 Compositio ita fiet, ut religiones, sive Confraternitas consuetum locum habeant.
- In honoribus possit illum locum obtinet consuetudo, ibid.
- Confuetudo agnac locum cedentem, eundi, & standi, ibid.
- 19 Procedenti tam in publicis, quam in privatissimis auctoribus quasi possessio attendenda est in controversiarum compositione, appellatione remota.
- 20 Quasi possessio eundi, & cedendi honorabiliori loco, & in aliis auctoribus spiritualibus, acquiritur per unicum alnum.
- 21 Solum esse dicitur per duos auctos.
- 22 Solum concedi, ut dicatur, an requirantur due concessiones.
- 23 Infolitum dicitur, quod nunquam factum fuit, solum autem, quod aliquando.
- Altus mercantiae quod requirantur, ut mercator quis dicatur, ibid. remissive.
- 24 Praelatio offert prius, vel recipiendi pacem vel fedendi excelsiori loco, & aliorum spiritualium de jure acquiri potest.
- 25 Praelati aut sciam in Ecclesia mulier an, & quando acquirere possit.
- 26 Praecedenti, quasi possessione cessante, confraternitates, qua prius facilius usi sunt, preferuntur.
- Religiosi non mendicantes praecedunt mendicantes.
- Religiosi mendicantes praecedunt alios mendicantes, qui postea in illa Civitate sua monasteria construere, cessante quasi possessione eodem.
- 30 Bulla Pii V. per quam Fratres ordinis Predicatorum praecedunt omnes mendicantes, erat dispositum, revocata est.
- 32 Mendicantium mentis ubi sit, semper praemititur ordo Predicatorum, qui inter mendicantes connoverantur.
- Ordo Predicatorum fuit ante omnes Minorum approbatus.
- 34 Praecedent digniores, ubi de quasi possessione non appareat.
- 35 Praecedent Canonici regulares omnes monachos in seendo aut loquendo in publicis, aut privilegiatis auctoribus.
- 36 Vita altera an excedat vitam contemplativam.
- De prelatione inter monachos qui videndus, ibid.
- 37 Preferendi sunt clerici secularis regularibus, aut religiosis.
- Clericorum ceteri digniori an sit ceteru monachorum.
- Praefuderit clericus secularis in processionebus, &c. cum antiquitas statu infispiciatur.
- 40 Religiosi quanto magis arcta majoris humilitatis intuui debet alii praefationem locum cedere.
- 41 Controversia majoris humilitatis intuui inter quasdam religioses refertur.
- 42 Controversia refertur inter Capucinos, & Jesuitas, contendentes humilitati loco se omnes stare debere, ubi Christi autoritate comprobatur.
- 43 Canonici Cathedrales preferuntur canonici collegiatae Ecclesiae.
- 44 Canonici Cathedrales dicuntur clerici primi gradus, Canonici collegiatae clerici secundi gradus.
- Eiamque sunt clerici Capelle Regiae, ibid.
- 45 Canonici secundi gradus preferuntur Parochis.
- 46 Parochi preferuntur clericis mercenariis, & Capellaniis.
- 47 Clerici secularis preferuntur religiosis.
- 48 Confraternitas digniori preferuntur minus dignioribus, cessante anterioritate, & quasi possessione.
- 49 Confraternitas habens statutum nobilitatis, aut puritatis sanguinis, aliis in dubio preferuntur.
- 50 Nobilitatis ratio etiam in spiritualibus habetur.
- 51 Confraternitas Advocatorum, & Doctorum preferuntur aliis in dubio.

- 52 Confraternitas Advocatorum que preferunt militum.
- 53 Praecedentie causae, & rationes, apud quos videnda sint, tam inter Ecclesiasticas personas, quidam saculares, & de variis questionibus.
- 54 Recleros Ecclesia parochialis in sua Ecclesia in iis, que suum munus attinem, omnibus indistincte preferuntur, cessante consuetudine.
- 55 Recleros in sua Parochia preferuntur Canonici collegiate, accendentibus processionaliter ad Parochiam certis diebus.
- 56 Recler in propria Ecclesia veluti in propria domo dicitur Imperator, & Rex.
- 57 Major debet cedere minori, dum est in domo minoris.
- 58 Archipiscopus in diaconi Episcopi debet hunc honore.
- 59 Aequales in dignitate in proprio territorio sibi invicem preferuntur.
- 60 Recler in sua Parochiali Praelatus dicitur.
- 61 Recler in sua Parochiali tantam habet potestatem, quantum Praelatus collegiate cum capitulo.
- 62 Benefici Curatum magnam dicitur habere praeminentiam.
- 63 Parochialis in imperationibus, & aliis requiruntur specialis mentio.
- 64 Recler in sua Parochiali non preferuntur capitulo Cathedrales.
- 65 Canonici Cathedrales preferuntur Abbatibus regularibus in processionebus.
- 66 Ecclesia Cathedralis exercet Sacraenta omnia, & pro eisdem quilibet potest accedere absque licentia, seu injuria sui Parochi.
- 67 Episcopus cum omnibus Parochis concurrevit, habetque cura animarum exercitum.
- 68 Abbates in sua Ecclesia non praecedunt capitulum Cathedrale,
- 69 Religiosi in sua Ecclesia preferuntur Canonici collegiatis circa officia defunctorum, non autem Cathedrales processionaliter congregatis.
- 70 Monachi an possum cum capa, & Cruce processionaliter ingredi Parochiam, ad exportandum cadaver eligentes, apud ipsos sepulturam.
- 71 Monachi non habent territorium nisi intra ambitum sui monasterii.
- 72 Processiones non possunt facere regulares extra claustra sui conventus.
- 73 Religiosi intantum eximuntur a jurisdictione Ordinarii, in quantum sibi coeditur in privilegiis, non aliter.
- 74 Processiones regularium extra claustra potest Ordinarius impedit, cessante consuetudine, aut privilegio.
- 75 Parochiam alienam ingredi quis non potest ad alios officia divinum exercere dum sine licentia Recleros.
- 76 Parochio proprio pertinet portare cadaver eligentes sepulturam in alia Ecclesia.
- 77 Processionaliter cum capa, & Cruce posse religiosos intrare parochiam alienam ad exportandum cadaver apud eos eligentes sepulturam, qui affirment;
- 78 Quae magis vera opinio sit, & usu receptior.
- 79 Recler cum capa, & Cruce potest in exportando cadaver in Ecclesiam Religiosorum, in qua elegit sepulturam, & in monasterio porta accipit a Parochio ultimum vale.
- 80 Consuetudo potest operari, ut religiosi vocati ad funus portent Crucem, quavis apud se cadaver non sepeliantur.
- 81 Parochi absque licentia funus levare non potest, antequam per eum dicatur antiphona Subvenite.
- 82 Stola est significativa potestatis Recleros, qua idem operatur in Reclero, quod pallium inter Episcopos.
- 83 Recler vel alter, qui deferit solam in tumulandis defunctis, aliis preferuntur.
- 84 Recleros substitutus deferens solam in tumulandis cadaveribus, aliis preferuntur.
- 85 Parochi absque licentia non potest funus levare nisi iubente ipso per ejusdem aqua.
- 26 Parochus potest surripere Cruces, & alia processionalia tollere, religiosi processionaliter accidentibus ad suam parochiam, pro tollendo cadavere eligentes sepulturam apud religiosos.
- 27 Parochus primus facit officium in Ecclesia dicendo orationes, & intonando primo versus.
- 28 Parochus preferuntur, quando defertur funus extra suam Parochiam.
- Parochi preferuntur etiam Canonici collegiatae, ibid.
- 29 Parochus in prejudicium Ecclesie, aut successorum, apud possit amittere, vel non intendit, vel consentientem renuntiari juri Prælatonis.
- 30 Parochi successores possunt contravenire facto invalido antecessoris.
- 31 Parochus potest praecedentiam perditam per praedecessores recuperare.
- 32 Finis, cui conceditur, censetur concessionem necessarium ad finem consequendum.
- 33 Sepelendi ius habens potest etiam per alienos fundos, & territoria deferre cadaver.
- 34 Casus de falso refertur, de quadam subditio mortuo in alterius parochia, ut sit a proprio Parochio extrahendus, si commode fieri queat.
- 35 Inter Parochios duos, quando sit locus præventioni in funerario corpus Parochianum utriusque.
- 36 Et quid si præventione nulla sit, quomodo controversia diffinatur.
- 37 Componere controversia non potest in tumultuatis defunctis, ut cadaver exhibetur, etiam per attentatum, cum sit expectatio diffinitorum.
- 38 Compositio Ordinarii iusta Concilium, etiam si non habeat pro oculis, qua hoc capite dicta sunt, non definit habere executionem.
- 39 Compositio ex Trid. iess. 13. cap. 25. de regulari, super controver, non recipit appellationem suspensam, secus devolutivam.
- 40 Componere potest Ordinarius controversias in processionebus, sed non patre delicti, & vulnera commissa per exemplios, aut laicos.
- 41 Componere controversias juxta Tridentinum ortas inter Religiosos potest Episcopus, si ex eisdem oritur scandalum, secus si non oritur.
- 42 Ad processiones publicas omnes excepti etiam vocati accedere debent, nisi Britori clausura viventes.
- 43 Ad processiones publicas etiam clerici servientes in Ecclesiis equum Hierosolymitanorum compellantur per Ordinarium, accedere.
- 44 Ad processiones publicas non compellantur regulares, qui abjiciunt a Civitate ultra dimidium miliiare.
- 45 Ad processione non coguntur excepti, qui sunt nullus diucessis, vel extra civitatem in loco habentes plebem.
- 46 Ad processiones non compellantur regulares, ubi non accedendi consuetudinem habent legitimam.
- 47 Ad processione publicam clericis secularibus, etiam exceptis, si habeant beneficium simplex in diaconi, compellit Ordinarius.
- 48 Et si in clericis nullum habentibus beneficium, sed officium in Ecclesiis.
- 49 Ad processiones generales an possint regulares compelli per censuras, & alias panas.
- 50 Ad processiones alicuius, & incitantur confraternitates laicorum, non tamen compellantur, nisi ex voto tenearunt.
- Contraria opinio verior, ibid.
- 51 Processiones ad publicas tantum potest Ordinarius accedere, compellere aliquos.
- 52 Processiones publicae que sunt, & quales particulares & de materia processioneum, remissive.
- 53 Processiones, ut religiosi compellantur accedere, debet fieri ex gravi causa.

240 De Regia Protect. vi oppress. appell.

- etiam text. in cap. fin. ibi poterit ad componendum interponere partes tuas. & de transactionibus, ad idem etiam c. si placuit, c. si quis, c. fin. q. d. l. text. etiam in c. i. & ibi gl. de mutu pret. & ubique glossa, & Doctores notari.
- 6 Remedium igitur dicti Concilii decreti provenit à mero judicis officio ob rectam gubernationem, & tranquillitatem, ad sedandas rixas, tumultum, & controverias, & scandala scandala, quæ in similibus actionibus, & publicitatibus solent ori frequentius, dum contendunt inter se nonnullæ communitates, honorabiliori loco stare soleant, & in ejus quasi possessione esse, velleant sibi de jure dignorem fedem competere aliquos prærogative preterit, singulis contendentibus, se esse in hac quasi possessione, armisque (ut fæpius accidit) eam tenuibus, jus suum conservandi causa, conantibus propria autoritatem, manuque violenta id se tueri, atque defendere, quod omnem illam appetit, & requirit compositionem, de qua in dicto Tridentino decreto, & d. l. æquissimum, & Doctores supra citati, & in terminis Joan. Faber. in §. aliam, n. 2. inf. de bono possesso. Hier. Campanili. divers. jur. can. rub. 22. c. 13, n. 8. Gratian. discept. forens. cap. 298, sub n. 11, ubi opinione pro illis instanti, five his nondum in iudicio coepit sit, vel super proprietate, vel super quasi possessione, vel quodlibet si jam in iudicium deductum, cum utroque tempore hanc contingere soleant, ut ex Bald. in cap. licet causam, n. 35, ubi Barba, n. 102. de proba, & Bero. consilio 35, n. 2. lib. 3. Castrini. consilio 3. in causa, quæ vertitur, lib. 2. collige licet, & utroque hoc tempore hoc post interponi judicis officium, docuit expresse Lanfran. Orianus in rubrica de causa poss. & propriet. colum. 9. vers. 1. conclusio, Capi. in decr. Neapol. dec. 6. n. 10. & sequentibus, Grammatici consilio 64. in civibus, Menoch. de retin. poss. rem. ult. per totum, Gaf. Rodriguez de ann. reddit. lib. 1. q. 17. n. 43.
- 8 Juxta igitur Ecclesiastica vinum nullam facere, & committere poterit, si ab hac compositione interposita appellationi non detulerit, ex d. Tridentino decreto motu. Emin verò hæc compotio magis est actus extra-judicialis ex his doctrinis, quas deduximus in c. i. & 2. supr. i. p. & demonstrat illi dictio controversias, qua uitio Concilium Tridentinum. & §. fin. qua verificatur in extra-judicialibus, secundum Bald. & communiter omnes in l. causis Cod. de transact. Maranta de ordine judic. 5. p. nu. 68. Paz in practi. 2. annot. de instantia, num. 5. probatur in cap. 1. ibi, concordia, vel iudicio negotio utriusque terminatis, &c. de mutu petitio.
- 11 Ex quo patet concordiam, & compositionem non iudicio, nec judicialiter procedendum esse, in qua iudex Ordinarius ita se habere debet, ut arbitrator quidem, & amicabilis compotio, qui extrajudicialiter & non servato juris ordine procedit, ut probat Baptista de sancto Blasio in tractatu de arbitriis, & arbitra. qu. 2. & notat Anton. de Butio, Innocent. Abb. & castori in c. quinta yallis, de jure. & in l. societatem, & arbitrorum, ff. pro sociis, & in l. si demus, & recipies ff. de arbitris, & quia in eo non requirunt libellus, nec est de necessitate offerendus, ut in iudicis officio d. l. æquissimum, respondit Bald. consilio 338. præmittendum est ad evidentiā, l. 5. Marcellus in pract. c. 5. opportunit. n. 70. Zuchardus in l. ultima, n. 133. C. de editio Divi Adria. & Neviz. conf. 80. n. 3. & 4. & conf. 81. n. 3. & ex aliis tenet Menoch. in d. rem. ultim. n. 27.
- 12 Et quoniam nec in hac nostra judicis offici compositione requiritur judicialiter informatio, sed interdum inter partes presentes, interdum absentes à iudice ordinario facienda est, & absque partium citatione, cum periculum sit in mora, ex his que adducit Zachard. in d. l. fin. num. 130. & 133. & ex aliis tenet Menoch. ubi supr. n. 31. & faciunt ad propositum multa omnino vindenda per Baptista. in tractatu de arbitrii. qu. 27. cum probat
- multis s. quenib[us], cu m vide. Si d. appellatio emissa ab actibus ext. iudicialebus, non sulp. nisi actus executionem, ut suo loco diximus, ergo n. e hic.
- Deinde quia compositione hæc non patitur dilatationem, quoniam processio, umbellat delatio, cadaverum mortuorum tumulatio, & sepultura, anniversarium, & similia, non sunt differenda, nec suspendenda, quoniam quæ superiori de jure partium cognitum sit per appellationem, hæc namque celerem executionem requirunt, fin. ff. de app. recipi. l. 1. 2. & 3. ff. de ferius, & dilatio. & ex iis iuribus vulgaribus, immo & etiam cum periculum est in mora, cum unusquisque pro suo iure, seu quasi possessione conservanda, & defendenda à jam dictæ tumuli, scandalo, & controveria non cessib[us], nec desistit in magnum Dei, divinæ religionis, & Républicæ de deducere, cum persp[ec]tive hæc soleant cum scandalo fieri, ex d. Tridentino decreto, & ex 15 perientia docuit, ut quotidie videmus: quibus casibus appellatio non suspendit effectum, & executionem actus, à quo emituntur. Et confirmatur declaracione Cardini. super Concilii Tridentino decreto, verbo componenti, ibi, Brevi mano, summarie, ac de plano, fine strepiti, & figura iudicij exediat: &c. circa quarum clausulam naturam vide (ut ceteros taceam) allegatos. Marian. de ord. jud. 4. p. 9. dñs. princ. per rotum, f. 186 cum sequentibus, & relatis verbis dictæ declarationis. Card. nota: Campanili. divers. jur. rubr. 12. c. 13. n. 120.
- 7 Deinde, quia hæc diffinitio, & compositione non est 17 diffinitiva sententia, sed interlocutoria mete, quia aliam sententiam speciat post se in plenario iudicio, in postfollorio, vel posteriori, nec afferat secum datum irreparabile, nec negotium definit, sed solum preparatorium quadam est ad dictum iudicium principale, cui nullum praedictum praestat, ex his, quæ dicit Men. in dicto remedio, n. 3. & quia hæc compotio sine folemitate fertur, ex ipso cognoscit interlocutoriam esse, ut tenet Craveta in consilio 181. & consilio 273. col. 4. quem sequitur Menoch. ibi, n. 47. & in exprelio circa officium iudicis, nempe, proveiens ex remedio d. l. æquissimum, cui istud assimilatur, esse interlocutoriam, tenet Paul. Castrini. in consilio 3. l. 2. vers. pronuntiatio autem, Fel. in rub. de treuga, & pace, in fin. Riminald. in l. si super poss. C. de transact. Beroius, consilio 45. col. 1. vers. 2. de jure l. 1. Anton. Capic. decisione 55. ad fin. Zuch. in l. ultima, n. 133. C. de editio D. Adri. Nata conf. 121. n. 9. l. 1. Craveta consil. 140. n. 4. Cov. in practi. q. cap. 17. n. 2. Petrus Benintend. conclus. 70. n. 3. & 7. Joseph. Ludov. dec. 20. n. 8. & alijs passim.
- 10 Nonnulla tamen pre oculis ordinarius habere debet, ut animum suum movere, refulgue reddere post, & in primis curarunt, ut five Religiones, five confraternitatis in processionibus, cistercierum actibus coniunctum locum servent, cum hac, que sunt in honoribus, potissimum locum obtineat consuetudo, utique attendenda, ita notat Bald. in cap. causam, n. 6. de probatio. idem Bald. in cap. c. omni, de consuetudine, Rot. a. 4. in fin. de electione, in n. 10. Menoch. consilio 126. num. 3. l. 3. Navarr. cons. a. de majoritate. & obediens. Purpura. in l. n. 200. ff. de officio ejus, post And. Sicut. cons. l. 2. Decius in c. c. a. c. ff. col. penult. ante fin. vers. & hæc comprobatur de confessionibus, late Gratian. discept. foren. c. 299. n. 8. & pluries ita suffisit decum in Rota, cujus decisiones adduxit, affirmat ipse ibi iterum n. 99. Medic. Marchia dec. 21. Seraphi. dec. 335. & dec. 663. Aloysius Rice. in collect. dec. p. 4. col. 1069. Hier. Campan. div. jur. can. rubr. 12. c. 12. sub n. 12. f. 717. & melius n. 56. & 9. Man. Rod. in q. reg. 4. 37. art. 1. Anania conf. 40. nu. 1. vol. 1. & conf. 122. n. 1. vol. 2. Sord. tractatu de alim. tit. 2. quæst. 15. n. 86. & pluribus authoritatibus Molser. in comment. ad constitutendum Neapol. p. 1. c. 5. sub num. 21. Franchus dec. 232. num. 2. & probat

probat text. in cap. c. omni, de consuetudine, per quæ ibi dicit Bald. in). nota, quod confutando signat locum sedendi, eundi, & standi: ita etiam tenet Franchus in decif. 388. n. 4. Tiberius Decianus conf. 12. n. 6. volum. 1. plures (ut de more haber) cumulat diligentissimus Traquell. in tractatu de nobilit. cap. 2. nu. 55. vers. sed in hoc.

Unde Gregor. Papa XIII. in sua Bulla 86. fol. 1323. dedit modum ordinario decidi, ac compendiendam confraternitatum differentias circa precedentiam, ut illi qui sunt in quasi possessione praecedentem omni appellatione remota, cuius bullæ mentionem facit Zerola in præx. Episcopali. p. verbo processiones, vers. ad tertium principale, quæ Bulla etiam disponit circa religiones habentes hanc quasi possessionem praecedentem, ut ea attendatur omnime tam in publicis, quam in privatis, ut notat Campanili. d. c. 12. n. 12. Perez de Lara in tractatu de annivers. & capellan. l. 1. cap. 24. n. 26. ubi, ex Bartoldi doctrina in l. 1. §. hoc interdictio. ff. de itinere, atque privat. advertit sufficere unicum actum, ut acquiratur quasi possesso eundi, vel fedenti in digniori loco, ut etiam quod magis est in spiritualibus, processione, dicit ex his, quæ notat gl. verbo trium, ut c. cum Ecclesia Sutrina, de causa poss. & propri. quam ibi sequuntur Abb. Joan. And. & communiter Doctores Bald. de praefr. i. p. 5. q. 8. a. 2. ver. 2. quod sufficiat unicus actus, Ripa de communis opinione testis, in d. s. cum Ecclesia, num. 91. Covarr. in practi. q. 14. n. 2. alios refer Flami. de regn. benef. 17. quæst. 9. num. 9. Mafcard. de præbation. concl. 118. n. 12.

10 Quod verum est, licet alias solitum esse dicatur, si his fiat, scilicet, per duo actus, ut notat Julius Clarus §. emphyteufis, q. 6. vers. si vere, & f. feudum, q. 3. ubi multi etiam tenent, requiri dictas concessiones uniformes ad effectum, ut dicatur solita concedi, refert Alex. Raud. consil. 17. contrarium tenentem, & sententiam una sola vice factum dici solutum, ut in l. M. l. §. sed si alim. ff. de alim. & cibaris leg. ubi Bart. & Doctores, tradit. Petrus Surdus de aliment. iii. 4. q. 16. num. 26.

11 nam cum insolitum dicatur, quod nonquam factum fuit, sequitur, quod sit solutum, aliquando factum, ut dicit Curtius junior consilio 19. numero 4. Gozadinus aliquos refert consil. 23. num. 5. dicens communem esse opinionem ex unico acto solutum inducit, alios etiam refert Brunon. à Sole in compendio, verbo solutum, & in questione legali, q. 32. circa quod etiam videtur nos Anton. Gabriel. l. 3. conclusi. tit. de locatione, conclusione 1. per quod autem actus mercantile, quem esse mercatorum dicatur, vide ex aliis Laram de annivers. l. 1. cap. 12. n. 2. & sequentibus, maximè cum ut indubitur suppono, etiam in spiritualibus, ipsique antea nensis hanc eandem prælationem, scilicet, prius offrendi in Ecclesia Sacerdoti, & recipiendo pacem, ex ecclesiastico loco fedendi, posse iuridice acquiri, ut probat uterque Lara, alter in l. si quis à liberis in princ. n. 32. cum pluribus sequentibus, ff. de liber. agnoscendi, alter in d. tractatu de annivers. l. 1. 2. 24. n. 20. Joan. Garcia de expen. c. 8. n. 5. ver. adeoque, Franciscus Marcus dec. 275. Guliel. Benedic. in Rainutius, verbo duas habens filias, nu. 21. de testam. & quando possit acquiri sciamcum in Ecclesia, & quando mulier prælationem acquirit, & de pluribus aliis circa praecedentias quæstionibus, vide Larum utrumque, præcipue in d. l. si quis à liberis, in pr. a. num. 32. cum pluribus sequentibus, & Joannem Garciam loco iam citato.

12 Si autem inter confraternitates contendentes nulla sit confutando demonstrans prælationem, nullaque quasi possesso praecedentia; antiquiores confraternitatis, & quæ prius sacris ulz fuerint, merito praferuntur, ita tenet Gratianus dec. 232. num. 2. Lara de annivers. lib. 1. cap. 24. nu. 37. faciente text. in l. 1. ff. de albo scribendo, ibi. Antiquissimus quicque prior:

Salgado de Protect. Reg.

& exprestè probatur ex Bulla 86. Gregor. Papa XIII. 27 fol. 1323. diphonente, quod si de quasi possessione probari non possit, illi, qui prius usi sunt facris, preferantur, atque praecedant, idem etiam probat, & affirmat Zerola in præx. Episcopali, verbo, processiones, versiculo ad tertium principale, ex qua Gregor. XIII. constitutione relata Joan. Hieron. Campan. divers. jur.

cano. rubrica 12. c. 12. sub n. 12. versiculo sed cùm processione, idem etiam inter religiones dispositum est; ut quod non mendicantium, ut divi Benedicti, & sancti Basillii, & ceteri praecedent mendicantibus. Quod ex pluribus comprobatur rationibus, & authoritatibus Nicolaus Boënius in tractatu de authoritate magni consilii, n. 86. & 87. ubi etiam an ordo. Basili præferatur sancti Benedicti, vide prædictam continuacionem Gregorii, & Campani. ubi proxime.

Ex eadem autem Bulla Gregorii constat, ut inter eosdem mendicantes quasi possesso praecedentis attendatur, si minus de his quasi possessiones considerent; illi praferantur, qui prius in illa civitate, villa, seu loco solum monasterium habuerunt, per quam Bullam alii

Pii V. 6. fol. 2026. derogatur, qua cavebatur, fratres ordinum Prædicatorum praecedere omnes mendicantes, telle Zerola, cuius memini ubi proxime, versiculo ad quartum Pius V. & Campani. ubi modo ciavimus: unde fit, ut non procedat Abbatis doctrina relata in c. nimis prava, de excessibus Prælatorum, num. 1. ordinem loci, & prælationem concedendam Religioni Prædicatorum in honoribus deferendis, per textum ibi, quem nota, quia ubi fit mentio de mendicantibus, & minoribus, semper in ordine scriptura præmitti prædicatoris: ubi docet etiam horum ordinem inter minorum ordines connumerari, inde ratione reddens, qui ordo Prædicatorum fuit ante omnes minorum ap-

23 probatus, licet paulo ante, ut per Joan. Andr. hic latè relatam, circa quæ vide etiam Guidonem Papam dec. 301. & Felin. in rubr. de major. & obed. col. 5. vers. frater predicatorum, &c.

Si vero de prioritate, nec posterioritate consideriter, quod verum est, licet alias solitum esse dicatur, si his fiat, scilicet, per duo actus, ut notat Julius Clarus §. emphyteufis, q. 6. vers. si vere, & f. feudum, q. 3. ubi multi etiam tenent, requiri dictas concessiones uniformes ad effectum, ut dicatur solita concedi, refert Alex. Raud. consil. 17. contrarium tenentem, & sententiam una sola vice factum dici solutum, ut in l. M. l. §. sed si alim. ff. de alim. & cibaris leg. ubi Bart. & Doctores, tradit. Petrus Surdus de aliment. iii. 4. q. 16. num. 26.

nam cum insolitum dicatur, quod nonquam factum fuit, sequitur, quod sit solutum, aliquando factum, ut dicit Curtius junior consilio 19. numero 4. Gozadinus aliquos refert consil. 23. num. 5. dicens communem esse opinionem ex unico acto solutum inducit, alios etiam refert Brunon. à Sole in compendio, verbo solutum, & in questione legali, q. 32. circa quod etiam videtur nos Anton. Gabriel. l. 3. conclusi. tit. de locatione, conclusione 1. per quod autem actus mercantile, quem esse mercatorum dicatur, vide ex aliis Laram de annivers. l. 1. cap. 12. n. 2. & sequentibus, maximè cum ut indubitur suppono, etiam in spiritualibus, ipsique antea

nexus hanc eandem prælationem, scilicet, prius offrendi in Ecclesia Sacerdoti, & recipiendo pacem, ex ecclesiastico loco fedendi, posse iuridice acquiri, ut probat uterque Lara, alter in l. si quis à liberis in princ. n. 32. cum pluribus sequentibus, ff. de liber. agnoscendi, alter in d. tractatu de annivers. l. 1. 2. 24. n. 20. Joan. Garcia de expen. c. 8. n. 5. ver. adeoque, Franciscus Marcus dec. 275. Guliel. Benedic. in Rainutius, verbo duas habens filias, nu. 21. de testam. & quando possit acquiri sciamcum in Ecclesia, & quando mulier prælationem acquirit, & de pluribus aliis circa praecedentias quæstionibus, vide Larum utrumque, præcipue in d. l. si quis à liberis, in pr. a. num. 32. cum pluribus sequentibus, & Joannem Garciam loco iam citato.

14 Si autem inter confraternitates contendentes nulla sit confutando demonstrans prælationem, nullaque quasi possesso praecedentia; antiquiores confraternitatis, & quæ prius sacris ulz fuerint, merito praferuntur, ita tenet Gratianus dec. 232. num. 2. Lara de annivers. l. 1. cap. 24. nu. 37. faciente text. in l. 1. ff. de albo scribendo, ibi. Antiquissimus quicque prior:

X Bulla

CAPITULUM ALIENORUM
MAGISTERIUM

Bulla, & de hac prælatione inter Monachos vide latè
post alios Campanill. divers. jur. canon rubrica. 12. c. 13.
a. n. 121. fol. 55.

37 Quæstio autem viget inter clericos secularis, & re-
gulares atque Religiosos, qui eorum alii præferan-
tur. Ad eajus resolutionem solent in medium preferre
illam aliam Doctoris nostri questionem; an eos cle-
ricorum dignior sit etiam Monachorum, ut videre fecit
per Joan. Andr. in regula, delictum, de reg. juris in 6 col-
lum 3, & gloss. fin. in c. qualiter & quando in 2. acut. 47

Domin. Cardin. Alex. in cap. Episcopos, 17. dist. glossam
in versiculo religio, versiculis exhiberi. In sententia ex-
comm. Divinit. Thom. in quodlibet 3. art. 17. pro quo
etiam vide Fel. in rubr. de majorit. & obediencia n. 5. ubi
ad fin. dicit, quod non sequitur, talius status est perfe-
tior, ergo honorabilior. Unde quod prælationem in
processionibus, & similibus clericis secularis attendun-
tur, cum eorum origo anterior sit, & antiquitas status
inficiatur ad hoc, & idem etiam tenet Nicol. Boërius
39 in tractatu de autoritate magni confilii, num. 84. in idem
qua religio quantum magis arcta, atque stricta re-
gule, ratione majoris humilitatis, & pauperitatis quam
proficitur; tanto magis se debet abstinere a vanitate,
& humiliore loco se conferiri, altiorum etiam & ho-
norabiliorem aliud cedendo, ut alias legimus apud Al-
ber. de Ros. in suo dictionario relatum à Boërius ubi proxi-
mè. n. 78. ad medium, diu durasse in Curia Romana

41 questionem inter ordinem Humilitorum, & quodam-
modo alios Monachos, & Religiosos, virtute & humili-
tate duos, qui prius forent postulati matutinas,
& consonant quod Campanill. divers. jur. canon rubri-
ca 12. cap. 13. num. 8. & in nostris temporibus unum
vidimus mirabile, & exercitabile humilitatis exemplum
Salmanticae in exequitis Margarita nostra Hispania
Regina (universitatis seu scholiarum expensis factis)
inter Capucinos, & Jesuitas, qui dum inter alias re-
ligiones collegia, & scholasticorum nationes conten-
debaru pro altiori, & honorabiliore loco; inter se vita-
tutis amore magna orta fuit, qui infirmiori & hu-
miliori magis digni sunt, quem utraque Religio ap-
petebat unamquamque pro sua intentionis fundamen-
to humilitatis majoris rationes in medium profer-
tent, inter quos Capucinorum vices intentio, qua-
lis, & controversia admodum laudabilis fuit in toto
Hispania, & ubilibet ita videbitur. Quibus convenie-
t illud Lucez. c. 22. ibi. Facta est autem controversia in-
ter eos, qui eorum videtur esse major, dixit autem
eis. Et vos autem non sic: sed qui major est in vobis
sicut minor; & qui præcessor est, sicut ministrator.
Et.

43 Ex superiori nobis tradita regula, & doctrina at-
tentat Ordinarius, ut Capitulum, & Canonicis seculari-
bus Ecclesiæ Cathedralis præferantur Capitulo, & Ca-
nonicis alicuius Ecclesiæ collegiatæ, licet in redditibus
æquales, pro quo facit c. statuum, §. 1. de re scripti.
I. 6. & not. Dominicus in cap. Episcopos, 17. distinc-
tione, Fel. in dict. rubrica de majoritate. & obediencia
columna 3. Boërius ubi suprad. n. 78. & n. 15. suprad. In-
noc. in cap. fraternitatem, versiculus frequentius, de se-
pulchro, pro quo etiam facit cap. quænatis, 1. de proba-
tione 6. & regula Cancellarie 12. incipit, item quod provi-
siones, quia illi dicuntur clerici primi gradus, hi autem

44 dicuntur clerici secundi gradus, ut per Innocentium in
cap. des. de re scriptis. & in c. fraternitatem, in fin. de
donatio. Card. Aex. in cap. Episcopos, etiam in cap. Ca-
pella Regalis Palati finit. cap. c. capella Burgundiae,
de privilegiis. Abb. Sieulus in cap. cum non licet, in 2.
notab. & ibi Fel. colum. 1. versic. Justa Beneficia, &c.
de p. scriptis & tenet etiam Boërius ibi. Deindeque hi
clericis secundi gradus præferri debent Rectoribus Pa-
rochialium Ecclesiæ; ut per arg. c. licei canon. junctio-
ne 16. Novembris 1592. testif. Hieron. Gonzal. super
regula 8. Cancellar. de mensibus alternat. gloss. nume-
re 105. ubi dicit fulle resolutum, quod Rector in

sa propria Ecclesiæ, inspeccio jure communi, erat
præferendus Decano, & omnibus capitularibus col-
legiatæ; ad eam Ecclesiæ processionaliter certis die-
bus ex antiqua consuetudine accendentibus, qui qui-
dem Gonzales dicit, ibi, se informasse pro quadam
procuratore, ad favorem Rectorum provincie de Gui-
pucoa, contra Archipresbyterum ejusdem provincie,
præsidentem, & intentanter præcedere debere di-
cos Rectorum intra proprias illorum Ecclesiæ, tanquam
caput ejusdem provincie; in quo quidem, licet dictus
Archipresbyter prius in iudicio summarissimo, putâ-
manutentionis, seu ut aliter dicitur, temere, & simili-
